UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

# Acta Pacis Westphalicæ Publica

Oder Westphälische Friedens-Handlungen und Geschichte

Worinnen enthalten ist, was vom Monath Junio des Jahrs 1648. biß zu dem, im Jahr 1649. völlig erfolgten Schluß und Ende des Universal-Friedens-Congressus zu Oßnabrück und Münster, gehandelt und geschlossen worden

**Meiern, Johann Gottfried von**

**Hannover, 1736**

**VD18 90103165**

§. IV. Erklärung des Servient über die differente Puncten zwischen dem Schwedischen und Frantzösischen Friedens-Instrument.

urn:nbn:de:hbz:466:1-53029

Visual Library

1648. August

1648 August

„ſis, in gravamen tot aliorum intereſſentium, & commercio Viſurgico hactenus fruentium, ac adeo contra ſalutem publicam temere quæſito, ante multos annos auctoritate Sacræ Cæſareæ Majeſtatis ordinatum, & hucusque deductum, inaudito hactenus exemplo amputandum, omnesque intereſſentes „à tribunali depellendos, comparatam)„ in Inſtrumento Pacis permanere debere, neque hactenus, præter expectationem compertum, vel modo dicta, poſtulatum Oldenburgicum ſummæ iniquitatis evidentiſſimæ convincentia, vel tam ſerias ac graves à Celſiſſimis ac Præpotentibus Dominis Ordinibus Generalibus Fœderati Belgii factas conteſtationes, vel cæterorum intereſſentium Principum, Comitum, Civitatum, deprecationes, remonſtrationes, contradictiones, vel quicquam aliud, efficere potuiſſe, ut vel Dominus Comes ab injuſtiſſimo intento deſiſteret, vel relinquendi hanc cauſam foro ſuo & notoriæ litispendentiæ conſilii loco ſequioris ſententiæ ſuſciperet: Idcirco coram Illuſtriſſimo diætæ hujus pacificatoriæ Conventu, nomine Dominorum meorum committentium, ſpeciali eorum mandato, in eventum, quo dicta clauſula Inſtrumento Pacis inſerta maneat, quam ſolenniſſime, (ſalvo cujusque honore ac reſpectu debito) de invaliditate hujus clauſulæ, & quicquid uſpiam in dicto Inſtrumento in patrocinium illius directum eſſe poterit, proteſtor, eisdemque Dominis meis ac Civitati Bremenſi omnia jura ac beneficia omni meliori modo reſervo; Idque ita, ut neque mea, vel aliorum Bremæ nomine comparituorum, præſentia & ſilentium, ſub futura Inſtrumenti recitatione, neque quicquam aliud, conſenſus & ratihabitionis alias ſpeciem habens, pro conſenſu contra Dominos meos Principales unquam allegari poſſit vel debeat. Actum Osnabrugæ d. 27. Iulii / 6. Aug. 1648.

Gerhard Koch, Reip. Bremenſis,
Senator & p. t. Legatus.

## §. IV.

Erklärung des Servient über die differente Puncten zwiſchen dem Schwediſchen und Frantzöſiſchen Friedens Inſtrument.

Es wurde demnach *Servient* am 1. Aug. durch die Reichs-Deputirten erſucht, ſeine Erklärung über die noch differente Puncten, zu weiterer Behandelung zu extradiren. Es entſchuldigte ſich aber derſelbige damit, daß er in der Eyl, bey ſeiner Abreiſe von Münſter, das Inſtrumentum Pacis vergeſſen, und das Schwediſche Friedens-Inſtrument noch nicht geſehen habe; Möchten dahero einige Deputati, in ſeiner Gegenwart die Inſtrumenta durchgehen, und die Diſcrepantias daraus ziehen, da er ſich dann ſofort darauf ad ſingula Puncta erklären wollte. Dieſemnach wurde Chur-Mayntz, wegen des Churfürſtlichen Collegii, Sachſen-Altenburg, wegen des Fürſtlichen, und wegen des Reichs-Städtiſchen, Straßburg zu ſolcher Deputation ernennet, welche dann ſelbigen Tags, von 3. bis 8. Uhr, mit dem Servient das Schwediſche und Frantzöſiſche Inſtrumentum Pacis durchgegangen, ſolche gegen einander gehalten, und die Differenzien, welche Servient angegeben, ad Notam genommen, konten aber dermahlen weiter nicht, als bis auf den Punctum *Executionis & Aſſecurationis* Pacis kommen: Und wurden ſothane Differenzien, des folgenden Tags ad Dictaturam gebracht, wie ab der Anlage N. I. zu erſehen.

## N. I.

*Dictat. Osnabr. d. 2. Aug. A. 1648.*
*per Mogunt.*

*Declarationes Domini Plenipotentiarii Galliæ, ad Projectum Inſtrumenti Pacis nuper exhibitum, coram Imperii Deputatis factæ d. 11. Auguſti 1648.*

1.) In *Proœmio* - - Negat prædicatum: *Semper Augu-*
2.) - - - - *ſtus & Landgravius Alſatiæ.*

3.)

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

1648. August

| | |
|---|---|
| 3.) - - - - | Addit: *Mediatores:* |
| §. *Pax ſit Chriſtiana &c.* §. *Sit utrinque &c.* | Maneant, & conveniunt cum Inſtrumento Suedico. |
| 4.) §. *Cum autem &c.* | Tractetur, cum ſit præcipua difficultas, quæ non generaliter, ut in Suedico Inſtrumento, ſed ſpeciatim eſt expedienda, quia Gallia etiamnum cum Rege Catholico bello implicita eſt. |
| 5.) §. *Quomagis autem &c.* | Inſeratur ad longum: eſt enim Satisfactio Gallica, de qua jam diu convenit, ut in ea nihil ſit immutandum. |
| §. *Sit utrinque perpetua &c.* §. *Juxta hoc univerſalis &c.* | Placet, ut in Inſtrumento Suedico. |
| 6.) Verſ. *Quod ſi reſtituendorum &c.* | Eſt diverſitas, non controverſia, facile conformanda. |
| §. *Ut autem Jura &c.* §. *Cum Arreſtum &c.* | Tractentur, ut Eminentiſſimo Electori Trevirenſi ſatisfiat. |
| *Cauſa Palatina &c.* | Inſeratur, ut in Suedico §. *Et quamvis &c.* |
| §. *Princeps Ludovicus &c.* | Ut in Suedico. |
| 8.) §. *Princeps Fridericus &c.* | Maneat; In Suedico autem poſt verb. *Vilzbacenſis &c.* additum eſt: *Cœnobium quoque Hornbach cum pertinentiis*: Item loco verborm *ante bellum*, dicitur: *antehac.* |
| §. *Princeps Leopoldus &c.* §. *Controverſia &c.* | Ut in Suedico. |
| §. *Domus Wirtembergica &c.* | Remiſſive, ut in Suedico, non de verbo ad verbum. |
| 9.) Verſ. *Reſervatis quoque &c.* | Agatur cum Domino Legato Trevirenſi de reſervato Wirtembergico. |
| 10.) §. *Principes quoque Wirtembergici &c.* | Negatur poſt verb. *Ditiones &c.* ponendum eſſe, ut in Suedico *in Alſatia vel ubicunque ſitas*, nec tamen ideo negatur reſtitutio in omnia bona. Ibidem, poſt verb. *in eum ſtatum*, ſequuntur in Inſtrumento Suedico, *Jura, prærogativas &c.* quæ omnia concedit, modo non exprimatur Alſatia. |
| §. *Fridericus Marchio &c.* | Ut in Suedico. |
| 11.) §. *Dux de Croy &c.* | Ut in Suedico, modo Vinſtingen non ſit in diſtrictu Epiſcopatus Metenſis, Virodunenſis aut Tullenſis. |
| 12.) §. *Comitibus Naſſau &c.* | Maneat, nec enim poni poſſe, ut eſt in Suedico, quia Dominus Comes cum Rege Chriſtianiſſimo habeat differentias, in quas judicialiter fuerit condemnatus: item in multis recognoverit Jurisdictionem & ſententias autoritate Regis latas. |
| §. *Quod ad Controverſiam &c.* §. *Domus Hanovica &c.* §. *Joannes Albertus &c.* §. *Comites de Yſenburg &c.* | Ut in Suedico. |

1648. August. — 1648. August.

| | |
|---|---|
| *§. Rheingravii &c. §. Vidua Domini Erneſti &c. §. Caſtrum & Domus &c. §. Reſtituatur etiam Domus &c. §. Joachimus Erneſtus &c.* | Ut in Suedico. |
| *§. Itemque Domus Hohenloica &c.* | Remiſſive, ut in Suedico. |
| *§. Fridericus Ludovicus &c. §. Ferdinandus Carolus &c. §. Domus Erbacenſis &c. §. Vidua & Hæredes Comitis &c. §. Heredes Cancellarii &c.* | Ut in Suedico. |
| *§. Contractus &c. §. Debita &c. §. Sententiæ &c. §. Si quæ etiam feuda &c.* | Ut in Suedico. |
| *§. Tandem omnes &c.* | Placet, ut in Suedico, usque ad verſ. *Qui vero ſubditi.* |
| 13.) Verſ. *Qui vero ſubditi &c.* | Suſpendatur, donec conſtet de conventione ineunda de aſſiſtentia Auſtriaca. |
| *§. De cætero &c.* | Ut in Suedico. |
| 14.) *§. Quæ Ordini Melitenſi &c.* | Tractetur favorabiliter. |
| *§. A dicta tamen &c.* | Ut in Suedico. |
| 15.) *§. Qui durante bello &c.* | Inclinat ad inſtantiam Deputatorum, ut omittatur; deliberabit tamen. |
| *§. Qui vero etiam &c.* | Ut in Suedico. |
| 16.) *§. Cum etiam ad majorem &c.* | Maneat, & poſt verb. *placuit eandem compoſitionem &c.* addatur: *ut & illam, de qua inter eosdem, ratione eorum, qui Reformati vocantur, convenit.* |
| *§. Cum item Cæſarea Majeſtas de Helvetiis &c.* | Ut in Suedico. |
| *§. Ut autem &c.* 17.) Verſ. *Gaudeant &c.* | Ut in Suedico, addatur Lit. E. *Cum autem Fœderatis &c.* Cum omnium Electorum & Principum Imperii & potiſſimum Domini Electoris Trevirenſis interſit. |
| *§. Habeantur autem Comitia &c. §. Tam in Univerſalibus &c. §. De indaganda &c. §. Et quia pubice intereſt &c. §. Territoriorum, quæ &c.* | Per omnia, ut in Suedico. |

18.) Notandum, ſi in Inſtrumento Suedico fiat mentio Galliæ Satisfactionis, tunc etiam (& alias non) poſſet in Gallico Sueciæ Satisfactionis & Æquivalentium mentio fieri, hoc circiter modo. *Quæ etiam in Inſtrumento Pacis Cæſareo-Suedico, de Satisfactione Regiæ Majeſtatis Sueciæ, nec non Æquivalentibus Domino Electori Brandenburgico, & Duci Megapolitano, eo intuitu attributis, item iis, quæ Domui Brunſuicenſi conceſſa ſunt, nec minus de Domini Chriſtiani Wilhelmi, Marchionis Brandenburgici Satisfactione latius comprehenduntur, etiam ex hoc Inſtrumento robur æquale recipiant.*

Circa cauſam Haſſo-Caſſellanam &c. Ut in Suedico Art. 15.

| | |
|---|---|
| *§. Item, ne controverſiæ inter Duces Sabaudiæ &c.* Verſ. *Vt autem omnium &c.* Verſ. *Cæſarea Majeſtas &c.* Verſ. *Item conventum &c.* | Ut hic, quia ſic convenerit Cheraſci. |

Lit. E.

1648. August. Lit. E. 1648. August.

Cum autem Fœderatis Electoribus, Principibus, & aliis Imperii Statibus cum Coronis grave nimium foret litigare coram Tribunali Imperiali Aulico, antequam ejusdem reformatio ſupradicta effectui mandetur, placuit, ut usque ad illius executionem Jurisdictio Conſilii Aulici, tam in decernendis Proceſſibus, quam in ferendis Sententiis contra Electores, Principes & Status Fœderatos ſuſpenſa maneat, omnesque cauſæ fœderatarum partium prædictarum, usque ad reformationem Conſilii Aulici, ad Judicium Cameræ Imperialis remittantur, & ibidem ordine Judiciario terminentur.

## §. V.

Reichs-Deliberation darüber am 3. Aug.

Uber ſolche *Declarationes* wurde nun am 3. Aug. ſt. v. in allen 3. Reichs-Collegiis, Rath gehalten, und nachdem man allerſeits ſpat in den Tag hinein deliberiret, ſeynd der Haupt-Puncten 18. gefunden, und von Seiten des Fürſten-Raths die Bedencken dahin gefaſſet worden.

Meynung im Fürſten-Rath.

Kayſerlicher Titulus: Semper Auguſtus.

(1.) Müſſe Titulus: *Semper Auguſti* bleiben, weilen ſolchen faſt alle Kayſere ab Auguſto bishero erblich geführet hätten, alſo præeminentia Imperii darbey intereſſiret ſey, zumahlen Franckreich dem Carolo V. Anno 1529. zu Cambrey ſolchen auch gegeben.

Landgraviatus Alſatiæ.

(2.) Was *Landgraviatum Alſatiæ* anbetreffe, könne ſolcher Ihro Kayſerlichen Majeſtät nicht gar verweigert werden, weilen Sie und Dero Ertz-Haus noch unterſchiedene Stücke darin behielten; Doch möchte pro expedienti fürzuſchlagen ſeyn, ob man nächſt verblichener Kayſerlicher Majeſtät den vollen Titul im Inſtrumento nachſetzte, bey der jetzigen Kayſerlichen Majeſtät aber, ſub prætextu vermeydender Weitläufftigkeit, nicht eben das gantze Werck gebrauchte; Item, daß Kayſerlicher Majeſtät ſolchen Titul noch beſtändig führen, der König in Franckreich aber nicht gehalten ſeyn ſolte, ſelbigen Ihro Kayſerlichen Majeſtät im Schreiben zu zueignen; Des Veneti als Mediatoris, könne wohl Meldung beſchehen, weilen er, circa Satisfactionem Galliæ, ſeine Munia mehr, als zur Gnüge und denen Ständen lieb ſeye, beſchritten habe;

Ob des Königs in Spanien zu gedencken ſey?

(3.) Weilen in §. *Pax ſit Chriſtiana &c.* Ihro Königlichen Majeſtät in Spanien gedacht, und zwiſchen Dero und der Cron Franckreich der noch im weiten Felde ſtehende Friede præjudicialiter præſupponiret werde; Alſo könne man ſolches nicht wohl illimitate nachgeben, ſondern müſte entweder Spanien gar auslaſſen, oder mit etlichen Worten einige Limitation beyfügen, damit das Deutſche Friedens-Werck, ſeines endlichen Schluſſes derentwillen nicht möge beraubet, oder in die Spaniſche Händel eingezogen werden.

De Aſſiſtentia Auſtriaca.

(4.) De aſſiſtentia Auſtriaca wäre ultimo loco zu reden.

Von der Satisfactione Gallica.

(5.) Bey der Satisfactione Gallica ſolte man unterſchiedene Fälle diſtinguiren: Nemlich 1) was vom Hauſe Oeſterreich an Franckreich komme, 2) von Franckreich dem Hauſe Oeſterreich, facta Pace, zu reſtituiren. 3) Wegen der Stiffter und Städte Metz, Toul und Verdun, welche vom Reich an Franckreich überlaſſen würden. Was den Erſten anbetreffe, gehe an Franckreich mehr nicht über, als was ehedeſſen Oeſterreich inne gehabt und beſeſſen habe; ſodann könne Franckreich dem Hauſe Oeſterreich auch ein mehreres nicht abtreten, als was es in locis certis ante reſtitutionem vor Recht gehabt habe; Die Metz-Toul- und Verduniſchen Vaſallen, auch ſonſt darin geſeſſene Immediati, könten vom Reich nicht dismembriret, noch inconſultis nec conſentientibus Statibus, zu Landſaſſen gemachet werden.

Von denen Immediat-Ständen im Elſaß.

Gleiche Meynung habe es auch mit denen vermeyntlich in die Land-Vogtey Hagenau gezogenen 10. Städten, in deren Willkühr ehedeſſen und jüngſtens noch geſtanden